

**Lectori benevolo S.P.D / [Georg Wolfgang Wedel].**

**Contributors**

Wedel, Georg Wolfgang, 1645-1721.

**Publication/Creation**

Jena : Krebs, 1681]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/p4ydfapy>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

GEORGIUS VVOLFF.  
GANGUS WEDELIUS,  
MED. DOCTOR, THEORETICES  
PROFESSOR PUBLICUS, ET ARCHIATER  
DUCALIS SAXONICUS, h. t. FACULTATIS  
MEDICÆ DECANUS,

*LECTORI BENEVOLO*

*S. P. D.*

GEORGIUS WOLFF  
GANGUS WEDLIUS  
MED. DOCTOR, THEORETICUS  
PROFESSOR PUBLICUS, ET ARCHIATER  
DUCALIS SAXONICUS, H. FACULTATIS  
MEDICAE DECANUS,

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



*F*œminam omnem morbum bis  
 pati, primâ quidem fronte dictum vi-  
 detur dubium, minusque probabile, verissi-  
 mum tamen, si penitus examinare lubido  
 sit, quid in recessu gerat. Autorem lau-  
 dare non veremur *Job. Baptistam Helmon-*  
*ium*, seculi hujus *Paracelsum*, illustrandæ & reformandæ  
 medicinæ natum, si ea exceperis, quæ vel durius paulò effa-  
 us, vel ex suo ingenio exosus est singularius; sexus mu-  
 ebris, *inquit*, semel omnes propemodum morbos pati-  
 ur ex utero, iterumque eosdem quatenus homo, *l. asthma*  
*tussis inscripto, §. 17. p. m. 290.* Si enim elogio *Hippocra-*  
*is nostri αἰ ὑτέρας πάντων τῶν νοσημάτων ἀτία εἰσιν*, *uterus*  
*mnium morborum causa est, l. 2. de morb. mulier. in prin-*  
*p.* Si idem, juxta *Democritum*, apud eundem, *l. de nat. hom.*  
*77. Δεινὸν ἄλγος τῶν ἐν γυναικὶ μόχθων μυρίων παραι-*  
*η, vehemens malum, infinitarum ærumnarum in muliere*  
*usa*, (quo quidem loco non concordant & connectuntur  
*græca Latinis in edit. Linden.*) æquè tamen expositum  
 corpus communibus cum viris ægritudinibus, meritò du-  
 ici jure fœminæ morbos omnigenos sustinent. Ute-  
 ris quoddam centrum morborum constituit, ex quo o-  
 nes, quasi lineæ quædam, ducuntur, omnesque illuc ex  
 toto corpore confluunt. Claves universales gerit ad omni-  
 nium viscerum fermenta, & seorsim morbos fabricat in to-  
 tum redundantes, & sibi proprios ac domesticos. Lon-

gum foret in singulis culinis hujus visceris scrutari & recensere imperium, actionemque regiminis, cui partes omnes in corpore clientelam debent. Febres ex utero spirare, damno suo experiuntur ægræ. Caput ab utero dolere, vertigine rotari, motus convulsivos pati, non minus ac corpus totum reliquum, imò & furores insanas enasci quotidiana docet praxis. Cor palpitare, exolvit animum ex eodem fonte inter concessa est. Asthma suffocationes inde ortas mox libabimus. Ventrem verum infimum vomere, nauseare, tumere, dolere, convelli, constringi ex uteri afflatu non minus est quam verissimum. Sin seorsim animo perputemus, quantas clades suometipso nido parturiat, vix recensendis iis parem invenire licet orationem. Quod omnes in universum experiuntur partes, hinc seorsim habitat morborum genus. Hinc intempéries, obstructions, fluores, tumores, dolores, ulcera, quæ & flatus stabulantur & se produnt. Denegare quidem hos utero legitur laudatus *per ignem philosophus l. de fortibus. t. 20. p. m. 338.* Flatus, *inquiens*, internè in utero non suscitantur, quia uterus materiâ flatulentâ destituitur, jusque digestio non est oportuna creandis flatibus; Illud tamen in cacochymicâ sceminâ quadraginta annorum, a te decem hos annos, observavimus, frequenter per hanc viam insolitam explosos, citra ullum aditum patentem intestinis huc concessum, quæ etiamnum in vivis. Imò, quod magis mireris, ex pudendo virili quoque eodem sensibilibiter excretos alibi notavimus in viro primario quod cum hujus loci non sit, non ulterius prosequemur. Hic verò in infimo ventre flatus alebat, colicus, quod id contingebat, illa in tumidiori ventre eosdem condebatur ut arguendum videatur, gas sylvestre, si non loco excretionis generatum, illuc tamen per poros vasorum circumfluâ lymphâ fuisse deportatum. Sed ut redeam unde digressi sumus, facile hinc patet, *πολλὸν διαφε*

τὴν ἴησιν τῶν γυναικείων νοσημάτων καὶ τῶν ἀνδρώων, *mul-*  
*tum differre muliebrium morborum ac virilium curacionem,*  
 ut loquamur denuò cum *divino sene l. 1. de morb. mul. c. 87. t.*  
 48. Neque hinc pro communibus habendi veniunt, qui  
 muliebres sunt omninò, quod vel hodiè in non paucis  
 sunt qui contendunt, nominatim hystericis morbis. O-  
 mnia ferè aliunde malunt arcessere *Φαινόμενα*, quàm ab  
 utero. Vidisse se in viris eadem symptomata ajunt, ut  
 ovum ovo similia, neque tanti esse illud discrimen, ut a-  
 iam notionem inde concipere necessum sit. Ab uno ex-  
 remo ad alterum non præcipitandæ sunt cogitationes, sed  
 ium cuique tribuendum etiam in morbosarum causarum  
 classe. Vulgus sæpe fallitur, quod promiscuè uterum,  
 uterum pati clamitat, ast vulgo contra pejus medici labun-  
 ur sæpe, qui in manifestis sensum dimittentes, subli-  
 nius librare sustinent isthæc, & uterum omni vacare cul-  
 pã indiscriminatim adseverant. Subit hîc in mentem *Pla-*  
*tonis in Timæo* locus, laudatus etiam *Pergameno* nostro *l.*  
*de loc. affect. c. 5.* (in aliquibus differente lectione, non ta-  
 men sensu, si vocem voci conferas,) ubi ζῶον, *animal* vo-  
 cat uterum, quod passim per corpus oberrans meatus  
 spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat an-  
 gustiis, morbis denique omnibus premit. Hanc Philo-  
 sopheri sententiam largius paulò sunt qui interpretantur,  
 eque tamen vel reverà animal esse finxit sibi unquam  
 uterum, qui paulò ante pudendorum virilium insitam  
 im itidem οἷον ζῶον, *instar animalis*, non exaudientis ratio-  
 em, se habere dixerat; neque reverà uterum ad dia-  
 hragma usque ascendere intendit, satis ab ipso etiam  
 excusatus *Galeno l. c.* quò alludens *Aretæus* σπλάγχνον γυ-  
 ναικίον, ἀγχιστὶ ζῶῶδες *muliebres viscus, animalis fermè natu-*  
*ram adeptum, & οἰκοῖον τι ζῶον ἐν ζῶῳ, quoddam animal in*  
*animali*, appellavit uterum *l. 2. de caus. & sign. acut. c. 11. p.*  
 46. Non ζῶον quidem est ille, verba sunt *Salom. Al-*

*berti or. de mosch.* at motu tamen juxta ac sensu præditus, quo jucunda vestigando affectari, contra infensa sibi a-  
 versari & refugere, indeque indignari queat. Sed fati-  
 fuerit nobis breviter illa tetigisse ad explicandam regu-  
 lam medicam à plurimis receptam ; latius ea digessit in  
 DISSERTATIONE INAUGURALI, DE SUFFOCATIO-  
 NE UTERINA, Clarissimus & meritissimus artis Pæonia  
 Candidatus DN. JUSTUS ANDREAS SCHMID-  
 DIUS, MÜLHUSA THURINGUS. Vidit is hanc lu-  
 cem Anno Æræ Christianæ M DC LVI. d. 24. Februar. in  
 urbe imperiali illustri Mülhusâ, patre DN. CHRISTO-  
 PHORO SCHMIDIO, mercatore, matre MARTHA  
 SIBYLLA HARTUNGIA. Parentes hi statim à te-  
 neris unguiculis pietate & literis imbuendum commiserunt  
 tam privatis, quàm publicis Gymnasi patrii præceptoribus  
 quos inter præcipuè memorat Viros Clarissimos, quorum  
 delitatem & amorem gratâ mente recolit, DN. M. CHRIS-  
 TOPHORUM SCRIBONIUM, Rectorem meritissimum  
 DN. JOHANNEM HERMANNUM MELBACHIUM  
 Conrectorem, DN. BERNHARDUM KNORRIUM, Sub-  
 conrectorem. Instructus abundè humaniori cultu, patri  
 relictâ, ad hanc, literarum bonarumque artium liberale  
 mercaturam, Academiam Salanam se anno M DC LXX  
 contulit. Prius verò, quàm animum ad studium medicum  
 applicaret, & huic se totum manciparet, in Logicis, Metaphisicis  
 & Physicis, præter alios, informandum se exhibuit  
 bigæ civium suorum, plurimum Reverendo & Clarissimo  
 DN. M. JOHANNI ADOLPHO FROHNIO, t. t. Facultatis  
 Philos. Adjuncto, & DN. M. TOBIÆ WOLFFIO, hoc  
 Lemgovix illi Pastori, huic Rectori. Inde in excolendo  
 medico studio Professores ordinarios sectatus est fideliter  
 Nobilissimos, Experientissimos & Excellentissimos DN.  
 AUGUSTINUM HENRICUM FASCHIUM, cujus  
 demonstrationibus Anatomicis, imprimis in lustrandis hum

nis cadaveribus, privatim & publicè exhibitis, magno pro-  
 fectuum incremento sedulus interfuit, & DN. D. RU-  
 DOLPHUM WILHELMUM Krauß / cujus exercitiis Chi-  
 micis & Lectionibus Practicis non sine fructu se junxit comi-  
 em. Meâ etiam operâ, quod publicè testari liceat, inde-  
 fesso studio usus, seu legendo has illas medicinæ partes fide-  
 ter explicarem, seu disputando exercerem vividiora inge-  
 ria. Et ipse simul strenuè suos demonstravit profectus com-  
 pilitonibus plus vice simplici privatim, & in publicâ ca-  
 tedrâ de MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS Tractatus no-  
 ri partem Respondendo ventilavit. Verbo, quicquid ad  
 lidam & genuinam scientiam artis medicæ necessarium  
 abundè subministratum, ita avidè amplexus per trien-  
 um apud nos substitit. Inde visis ad breve tempus patriis  
 ribus Lipsienses Musas adiit, & Lectiones publicas Ex-  
 lentissimi, DN. D. JOHANNIS BOHNII, Profes-  
 ris Publici celeberrimi, fautoris & amici nostri honora-  
 tissimi, & Nobilissimi & Experientissimi DN. D. AUGUST.  
 IIRINI RIVINI Exercitium privatam Anatomico-  
 ysiologicum frequentavit, diutius tam almâ studiorum  
 tre fruiturus nisi valetudo adversa animum mutare coe-  
 et. Sibi itaque in patriâ redditus denuò Salanam nostram  
 elegit, & redux factus per annum integrum probè  
 turandis studiorum fructibus, contra ac multi solent, tem-  
 impendit. Usus conversatione imprimis nostrâ, ad  
 xim Clinicam per casus resolutos, per epistolas ab ægro-  
 tibus scriptas, ad quas velut ad se datas respondit,  
 alia discendi compendia animum unicè applicuit, non  
 issis anatomicis & chemicis exercitiis aliis. Ita verò &  
 ecta & matura studia dicavit patriæ urbi, tantò feliciore  
 successu per annum jam praxin exercens, quò fidelius  
 sit candidè exposita, quantoque magis veram sequitur  
 itam medendi methodum. Nuper hinc laborum præ-  
 m ex merito sperans à Facultate nostrâ modestè petiit,

(0) 50

ut ad examina publica & privata admissus honores in arte  
medicâ summos capefferet. Benevolè exceptus in omni-  
bus satisfecit, uberrimè se in Theoriâ & praxi versatum  
demonstrans. Nil superest ad illum consequendum fi-  
nem, quàm ut Disputationem Inauguralem laudatam, sub  
Præsidio DN. D. FASCHII, publicè defendat, omni-  
busque se dignissimum Candidatum demonstrat, omnium  
applausum meriturus. Huic Actui ad diem crastini habende-  
do ut Magnificus DN. RECTOR, Patres Academiæ vene-  
randi, Doctores, Studiosi & artis medicæ fautores gratiosâ &  
benevolâ præsentia illustrare dignentur, peramanter &  
officiosè contendo. Dab. Jenæ M. DC. LXXXI.  
d. XXI. August.

